



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniversalis Historiæ Ecclesiasticæ Medvlla

Pareus, Daniel

Francofurti, 1633

Hæretici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64973](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64973)

edicta contra Christianos promulgauit, & persecutionem in eosdem acriter exercuit.

Nerua Cocceius, occiso Domitiano, Christianis pacem dedit, & in exilium eiectos in patriam reuocauit: inter quos etiam fuit Iohannes Evangelista, qui à Domitiano in Pathmon insulam relegatus fuerat.

EPISCOPI ROMANI.

Linus, natione Tuscus, primus est, quem scriptores pleriq; post Petrum ponunt. Functus est Episcopatu Romano annis II. mensibus 3. diebus 12. Decollatus scribitur anno secundo Titi Vespasiani: anno Christi 82.

Lino in Episcopatu Romano successit Cletus, si Platinæ & Nauclero credimus: Irenæus, Eusebius, Hieronymus, & alii, nullam prorsus Cleti faciunt mentionem: sed Anacletum, natione Græcum, proximum post Linum ponunt: qui tyranni Domitiani iussu martyrio sit coronatus. Alii sub Traiano capite truncatum fuisse scribunt: & Lino successisse Clementem, natione Romanum; huic demum Anacletum. Tam certa est pontificum Romanorum successio.

HÆRETICI.

Tamen si vna cum Apostolorum vera doctrina etiam enata est pseudoapostolorū falsa religio, zizania cū critico; tamē minus periculi fuit.

fuit ab Hæreticis, quoad superstites Ecclesiæ vixerunt Apostoli: ex quo etiam Virgo appellata est Ecclesia, vsque ad Apostolorum mortem. Simul ac vero illi sublati sunt, turba hæretorum erupit, & miserabiliter Ecclesiam labefactauit, consensum lacerauit, & errore la beque fæda contaminatos innumerabiles homines seduxit.

Simon Magus, Samaritanus, omnium, quæ sub Euangelio postea secutæ sunt, hæresis on fons & parens fuit: Vnde illius hæresis matrix & radix omnium appellatur. Cæpit hæc Simonitarum hæresis sub initium imperii C. Caligulae, circa annum à Christo passo sextum. Cum igitur iam Euangelium propagaretur, inimicus ille diabolus Zizania seminare vna cum bono semine in agro Domini statim studuit. Quotquot etiam fuerūt postea hæretici, suas feces ex hoc Simonianorum cæno hauferunt. Discessit autem Simon Magus ex Samaria Romam, vbi temporibus Claudi & Neronis adeo inclaruit, vt iussu Claudi statua ipsi & ara collocata sit, cum hac inscriptione: Simoni sancto D E O. Tandem præstigiæ ipsius detectæ sunt, & cum in cœlum se euolaturum esse iactitasset, ex sublimi decidit, & fracto crure miserrime periit.

Hymenæus, & Philetus tempore Pauli Apostoli, sub Nerone, Ecclesiam turbarunt, circa annum à passo Christo 34.

Menander, à quo Menandriani hæretici, fuit Simonis Magi conterraneus, & discipulus

G 7 pri-

primarius, homo spurcissimus & impiissimus;
cuius vitæ exitus quis fuerit, non est annota-
tum a scriptoribus. Vixit Romæ sub Tito Im-
peratore, circa annum à Christo passo 49. Hæc
hæresis Simonianorum blasphemias, uti ser-
pens serpentem, & nati viperæ matrem ipsam
absumpsit, ut suo nomine innotesceret; qua-
tamen ipsa, ut ait Epiphanius, statim esse desit.
Nam à Saturniana & Basilidiana hæresi deleta
est.

Ebion, à quo Ebionitæ; virus suum sparsit
sub Domitiano Imp. cum adhuc in terris age-
ret D. Iohannes Euangelista. Huius sectæ ho-
mines statim se in varias partes & diuertia alli
ab aliis secuerunt, ut à se ipso tandem dissidet
mendacium:

Nicolaus, à quo Nicolaitæ; tam fœdado-
gmata disseminauit, circa initium Imperii Do-
mitiani, ut pudor sit dicere. Volunt hunc ipsum
Nicolaum vnum fuisse ex septem illis Diaconi-
nis, qui ab Apostolis consensu Ecclesiæ primi
electi fuerant. Duravit paucò tempore hæc
hæresis ipso Nicolitarum nomine: postea ta-
men interpolata à Gnosticis & Valentinianis
reuixit.

Cerinthus, à quo Cerinthiani, sub Domitia-
no, temporibus Iohannis Euangelistæ hæresim
suam in Asia præsertim minore, & Syria, euul-
gauit. Iohannes Euangelista, in balneum ali-
quando lauandi caussâ ingressurus, postquam
illic esse Cerinthum audiuit, abiit, locum exc-
ratus; & adiecit, se vereri, ne balneum ipsum
separ.

concederet, in quo tantus hostis veritatis lauis-
set. Nomen ipsum Cerinthianorum statim cō-
cudit, sed Carpocratiani & Samosateniani hanc
ipsam blasphemiam nouis nominibus restituie-
runt, & sustentarunt.

IMPERATORES ROMANI A Traiano ad Constantimum Magnum.

Variæ fuerunt periodi & ætas Ecclesiæ.
Prima ætas integerrima omnium fuit ab
Apostolis ad Trajanum. Secunda ætas à Tra-
iano ad Constantimum Magnum etiam tolera-
bilis fuit: licet Ecclesia occupata circa contro-
versias de persona Christi cum hæreticis, de of-
ficio eius non tam accuratè semper docuerit; &
ut ad martyria & ieiunia, aliaque opera alacrio-
res redderentur Christiani, in illorum laudes
nimis nonnunquam effusa fuerit: interim ser-
uabatur fundamentum; nec tunc Idolatriæ,
Iauocationes sanctorum, nundinationes Missa-
rum, portentosum dogma transubstantiatio-
nis, & aliæ huiusmodi blasphemiarum irrepse-
rant.

Vlpius Traianus, natione Hispanus, per suos
cōsiliarios tertiam Christianis iussit inferri per-
secutionem, quæ duravit fere 40. annos.

Aelius Hadrianus à Christianorum persecu-
tionibus cessauit, rescripto prohibens, ne ullus
condemnaretur ob Christiani nominis profes-
sionem, nisi sceleris aliquius conuictus esset.

Hic